



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

10 Num magistratus municipales, vt consules, vel capitolini, vel escheuini
dicti, possint de criminibus cognoscere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

Num Magistratus Municipales, vt Consules, vel Capitolini, vel Etcheuini dicti, possint de criminibus cognoscere. Cap. 10.

- 1 *Magistratus municipales num possint cum ordinariis in criminum cognitione concurrere.*
Defensores ciuitatum quando constituti, eod.
- 2 *Tribunus plebis non erat magistratus, nec gerebat purpuram. Eius potestas & auctoritas.*
Appellandi potestas libertatis arx, eod.
Domus tribunorum semper noctis aereque aperta esse debebat, eod.
- 3 *Questores parricidii Romae qui.*
- 4 *Prator quaestionum criminalium iudex, & quomodo alios iudices aaret.*
- 5 *Triumviri capitales qui.*
- 6 *Consules & Capitoli nostri fere similes officio praefectis vrbis.*
- 7 *Imperium num consuetudine vel praescriptione quaratur.*
- 8 *Ciuitates suis legibus viuentis liberae.*

Anceps est controuersia, num possint municipales magistratus cum aliis iudicibus regis vel ordinatis in criminum notione concurrere. Mouet enim primum quaestionem, iure ciuili, vt plerumque criminum iudicium ad moderatorem provinciae reuocari, l. vxor tua. l. si crimen. l. de crimine, l. si orem qui accusa. l. off. C. l. congruit de officio praefecti. l. 4. §. mandatis ad l. l. l. epet. l. l. uia crimina, de accusatio. in P. De hinc gladii potestas, imperii est, l. imperium, de iurisd. om. iudi. & quae imperii sunt, non competunt magistratibus municipalibus. l. ea, que ad municipales. in P. l. magistratibus municipalibus, de iurisd. om. iud. P. Saltem grauiora crimina ab eorum iurisdictione exempta videntur, vt potest cum de defensoribus ciuitatum sic scriptum sit, §. audient, de defen. ciuit. coll. 3. *Auateni quoque leuiora crimina, & castigationi competentis tradent: & eos qui maioribus criminibus premuniur, derudent in carceres, & mittent ad provinciam praesidem. Sic enim fuerunt ciuitas quaeque cura iudiciali, & omni gens sub maiori constituta iudice, maiorem sentiet praesidentiam. Notauit autem Iason in l. magistratibus, de iurisd. om. iudic. defensorum nomen ad magistratus municipales pertinere, eo quod tempore Pandecti non essent defensores adhuc ciuitatum. sed sit eorum inuentio recentior. Videretur & concessa tantum defensoribus ciuitatum, audiendarum ciuiliu seu pecuniarum causarum facultas, l. 3. de defensor. ciuili. Cod. Atque si deprehendissent provinciales grauari a susceptoribus maioribus mensuris, non ipsi iudicabant, sed cum libello querelae propriae ad iudicium aliorum dirigerere debebant cum ipso fraudis indicio, l. penult. eod. §. Subinde, §. nec qui apud Romanos curam habebat populi tribunus plebis, proprie magistratus dictus est: deo & quasi magistratus non esset, si credamus Plutarcho in Problem. non vtebatur purpura. Neque illi erat vocatio, sed tantum prehensio: quia tribunus plebis, qui summam habebat potestatem, vt neque subireturi dicatoribus, teste Polybio in 3. §. 6. libr. creatus, non iuris dicendi gratia, nec vt cognosceret de causis querelae absenti-um, sed intercessionis causa, vt iniurias se praesente factas coerceret: a propterea ius ad se vocandi ademptum, quoniam vt vim fieri vitaret praesentis oculis opus erat auctore Gellio libr. 13. cap. 12. Quare nec licebat illis Romae abesse per integrum diem, tanta erat illorum altitudo necessaria, vt ait Macrobius lib. 1. Satur. ca. 1. Et narrat Lilius libro 5. Dec. 1. Camillum palam plebem arguisse, quod iam in suos versa non intelligeret, se prauo iudicio tribunus intercessionem sustulisse: quod intercessione sublata, & potestatem tribuniciam deleuisset. Vnde & idem Lilius duas arces dixit in 3. libertatis tuendae, tribunum auxilium, & pro- uocationem. Eo quod appellabantur tribuni contra vim magi- stratum. Quod factum institutumque, vt nunquam domus tri- bunorum Romae clauderentur, nec noctu quidem, vt auxilio indigentibus ianua pateret, quasi portus quidam, & praesidium periclitantium, vt scribit Plutarchus in Problem. §. Sed & Ro- mae erant questores parricidii, indices a populo, qui de capite ci- uis iudicarent constituti, postquam hoc ius consilibus adem- tum fuit, teste Pompo. Iurise. l. 2. §. Et quia vt diximus, de orig. iur.*

4 *¶ Eratque & prator publicorum iudiciorum questoris offi- cio functus qualis apud Virgilium 6. Aeneid. Minos inferorum iu- dex quaestor dicitur, qui vnam iudiciorum moueret. Ique prator postea ad expedienda iudicia facilius publica, seligebat quinque & quinquaginta viros, vt constat ex oratione Cicer. in Pisonem, & fise explicat Budaeus in l. si. §. iudicandi quoque neces-*

sitas de mun. & bon. in P. Et eo modo intelligendus locus Martia- ni Iuriconsuliti in l. 1. ad l. Cornel. de ficar. in P. dum agit de eo, qui publico iudicio praest. pro pratore & quaestore, qui & magi- stratus iudexve quaestionis. §. Subferuiebantque ius triumviri capitales, qui carcerum custodiam habebant, vt cum animadu- uer- ti oporteret, eorum interuentu fieret, l. 2. §. eodem tempore consi- ruti sunt, de orig. iur. Possent istis alia cumulare adiciere. Ceterum, cum ea potius ad contentiorem, quam rei propofitae veram co- clusionem pertineant, superfedeo, contentus quid de ea quaestio- ne sentiam, in pauca contulisse. §. Dico & itaq; eos, qui ciuita- tum oppidorum, & pagorum negotia cum iurisdictione petra- ctant, posse praefectis vrbis potius conferri, vt illis fere eadem so- llicitudo demandata videatur: & vt cognofcant de iisdem nego- tiis, quae adferant & enumerat Vlp. dum de illis agit in l. 1. de off. praef. vrb. lib. 1. P. tit. 12. Inter quae & notio criminum, quae in vrbe com- mittuntur, conceditur, castigatio quoque & poena. Adtingit Bart. in l. 1. nu. 3. de dam. inf. in P. & distinctionem aliam, vt quarun- dam ciuitatum magistratus sint, veluti rectores provinciae: quia habent illas ciuitates instar capituli, vt sunt plures in Italia: & tunc, inquit, rectores earum ius gladii habent, & maitus imperium, quae quilibet alius eius provinciae, l. 4. §. l. l. l. l. l. l. §. qui vniuersus, de off. praef. in P. l. 1. de off. vrb. praef. in P. Aliae autem ab his ciuitates sunt, quae non constituunt temp. quibus de iure communi conceduntur iurisdictiones vlt; ad certam & statam ciuiliu causarum esti- mationem, & cognitiones leuiorum criminum tantum, sine imperio mero, vt dicunt, vel mixto §. audient, & §. iudicare, §. sus- surandum in sine, de defen. ciuit. in Auth. l. 1. C. eo. l. ea qua. ad mu- nicip. Porro aliud genus ciuitatum, quibus & iure communi co- cessum est merum imperium: sicuti ciuitati Romanae, l. de offic. praef. vrb. in P. l. cum prator, §. item, de iud. in P. & aliis quibusdam Insulrum seu Longobardiae, ex privilegio Frederici Caesaris in constitut. de pace consil. nos Romanorum, in vrb. seu domo. Sunt & aliae ciuitates, quibus ex lege municipii competat iurisdictione diuina- uis quibus ius ciuile non comprobatur, sed conferuatur, l. de eman. lib. C. secundum morem litigantium, l. magistreria, de iurisd. om. iud. C. Neq; quisquam ambigit praescribi posse quae meri imperii sunt, vt habere gladii potestatem, vt docet Iason, Bartol. Albe. in l. imperium, eod. Angelus in l. vscapioni b. de vscap. in P. Panor. in c. peruenit, de censibus in P. & alii §. off. in l. viros, in ver. obuiat, de d. i. off. lib. 1. C. Vt & Petrus Iacobus in sua praef. titu. de consilio. in rem a d. i. circ. sinem, scribit, iurisdictionem dari posse ab ho- minibus municipii vel ciuitatis, qui habent vniuersitatem, si per decem annos illi, vel maior eorum pars, iud. cum aliquem adie- rint, quem sciebant incompetentem: & vetustas pro lege habe- tur, l. 2. de aqua pluui. in P. l. 2. de fund. lim. l. 1. lib. 1. C. l. si amicus omnia C. de testam. Mosque maiorum iurisdictionem firmat, l. mo- re maiorum, §. l. e. §. quia, de iurisd. om. iud. in P. l. cum prator, §. i- tem, de iudic. P. Proinde consuetudinem illam praef. triptam, & in iudicialibus actibus obseruam, l. 3. §. fin. de test. in P. & de iurisdictione in c. cum contingat, de foro compe. ca. ad hac, c. audientibus, de excess. praef. a. c. irrefragabili, §. excessus de offic. ord. ca. cum olim, §. e. auditis, de praescrip. Et Cynus putauit merum & mixtum imperium praescribi p. l. l. in l. 1. C. de emancip. liber. quanquam Hostien- sis in lectur. ca. cum contingat, de fo. compe. Franciscus Curtius, & alii quidam non existimant imperium mixtum vel merum, sed tantum iurisdictionem praescribi posse. Quos tamen non o- pinor sequendos, cum iura videantur ex diametro illis aduersari, iura proxime citata, §. c. cum contingat. Quibus accedit, quod cum a Principis distributione iurisdictionis pendeant, l. 1. ad leg. Insti- am de ambi. in P. is videatur patientia concessisse. Quodcunque enim per principem est concessibile, idem quoque est praescri- ptibile, l. quod Principis, de aqua pluui. arden. P. §. Et & quanquam 7 interpres Baldus Iason, Albericus, & alii in l. imperium, de iurisdictione om. iudic. & in l. 1. de emancipat. liber. Cod. nunc, an praescribi possit imperium merum: tamen id communi calculo re- ceptum est, nihilominus consuetudine competere posse, tradi- tis differentiis inter praescriptionem, & consuetudinem: vt & notat Hostien- sis in ca. 2. de purgat. c. no. exceptis iuribus, quae do- minium superius, vel potestatem supremam respiciunt, quae nullo possunt vsurpari modo, l. comperit de praescrip. v. l. 4. ann. C. ca. cum ex officio de praescrip.

¶ Sunt & quaedam ciuitates & oppida, quae se dederunt Principibus, vel alio modo in eorum ditionem venerunt, saluis & integris suis moribus, ea lege scilicet, vt suis legibus viuentis liberae, & quae nihilominus comiter principis obleruaret maie- statem,

Item, non dubio, de capt. & postlim. reuersi. Sunt & alia, quae ius singulari hoc a principibus adeptae sunt, ut olim quae erant iuris Italici. L. ancep. pen. Et si de cons. in P. Et proinde ciuitates iis omnibus modis habent notionem & iudicium caussarum hodie criminalium, conferuata principalibus iudicibus, qui regiam potestatem maiorem referunt, prouocationis discutunt. Atque ideo solet municipia, dum nouus rex diadema sumit, ab eodem petere iurium & priuilegiorum confirmationem: & princeps, qui pactis & promissis etiam iuregentium vincitur, l. digna vox, C. de legib. glo. in l. 2. de proc. Impe. offer. intactas relinquit approbatas ex priuilegiis & consuetudinibus iurisdictiones. Et certe, ut me ab hac quaestione breuiter expediam, tota iurisdictionum criminalium & civilium caussarum distinctio, & magistratum, ab ordine & distributione, quam principes constituerunt, & a receptis consuetudinibus pender: ut ad horum probationes recurrendum censueam, & quo iure utantur municipes. Quo fit, ut nec hic superflue terere uelim otium in explicandis iudicibus, qui de criminibus cognoscant, cognouerint uel aliquando: toties enim mutata est forma iudicandi, quoties & rerum publicarum administrandarum formula: & quoties principibus placuit, & necessitati rerum uisum est conducere.

De subscriptione libelli accusationis.

CAP. II.

- 1 Subscriptio libelli, uel aliarum scripturarum, ratum magis facit ante scripturam.
2 Subscribere accusationi non possunt, qui nequeunt accusare. Accusatoris manus probare illata crimina. eod.

Libellus accusationis habet personarum, delicti, temporis, & loci expressionem pro formula. Quantum autem haec adferat opis in considerandis criminibus, in principio tractationis de criminibus iam docuimus: ut tantum de subseripte, quaedam mone- re necessarium ducamus. Itaque subseriptio libelli habet expressam quandam approbationem eorum, quae scripta sunt. leg. si quis ex argentariis, §. 1. de eden. §. 1. de emt. apud Iustit. §. sed & si quis aut mutis instrumentum, de instr. fide & caute. Sicut quando dominus ferui chirographo se subseripit, tenetur actione quod iussit. l. 1. §. sed est ferui, quod iussit. in P. Et si quis alienationem rei suae ab alio factam subseripserit sua manu, uideatur approbare, & suo iuri reuocata, l. si de infor. §. pater. de pignor. Et tunc subseribere, subserip- gnare, idem sentire, ratum habere, confirmare, ut & Budaeus do- cet, in l. minor, de minor. in annota. prior.

Quibus t accusare interdicitur, nec libello accusationis sub- scribere conceditur. Ita Cicero, de Diuination. cum de Gabinii accusatione quaereretur, pronuntiatum est, ut quae sit Q. Caecili- noe subsistendi quidem facultas concessa esset. Per accusatorum libelli subseriptioem subseribens se obligare creditur, ad proba- da illata crimina, uoluntate, Demosthen. aduersus Midiam, τῶν ἐὰν κτη- νῶν πρὸς τὸν τοῖστον ἀποκρίνειν ἐξ ἀλλήλων ἑαυτοῦ, τὸ δὲ ἐπιζῶντι καὶ πα- ρακρίσει. Existimo enim, inquit Demosthenes, tantum esse accusa- toris, ut crimen probet: rei, ut etiam deprecetur. Et rursus alibi. I- dem in app. ἀπὸς ἐυβουλίῃς, contra Eubulidem, in princ. Cum nemi- si liceat, etiam si obnoxium quoque constituerit, per ea nocere cui- quam, quae se audisse dicit: qui conuenit eis uos habere fidem, qui nullo suo periculo nos criminatur?

Qui accusare non possunt ob delictum, uel eius suspicionem. CAP. 12.

- 1 Accusandi edictum prohibitorium est.
2 Accusare procuratores regii regulariter possunt, & quando alii.
3 Accusator increpata uita esse debet. Et 4.
4 Accusare qui prohibeantur ob delictum, & ob quod delictum.
5 Infamia iuris & facti reiciit ab accusatione. Index uir bonus. eod. Existimatio quid. eod.
6 Calumnia suspicio reiciit accusatorem.
7 Infamia facti non reiciit accusatorem, est in arbitrio iudicis.
8 Absolutus de crimine non ob id, si accuset, reici possit.
9 Inimici ob calumnia suspicionem arcentur ab accusando.
10 Socii criminum ab accusatione remouentur.
11 Accusatio morturi non oner at alium sine alio iudicis. Morum iustus censor non est, quos ipse approbauit. eod.
12 Pauperes quare reiciantur ab accusando, & qui sint illi qui re- iiciantur.

- 13 Paupertatis definitio ad iudicis arbitrium pertinet.
14 Accusans duos, tertium non potest accusare.

Prohibitorium t est edictum, de non accusando: ideo quibus non interdicitur, censetur permissum. Mar. in l. qui accusare, §. de accusa. in P. Sicut in similibus receptum. L. cum prator. de iud. P. nec non, §. quod eis, ex quibus caus. maio. in P. cap. prohibetur, 2. q. 1. Prohibetur autem accusare ob delictum proprium, ob sexum, ob aetatem, d. l. qui accusare, & d. cano. prohibetur. & ratione aliarum caussarum, quae inter explicandum apparebunt. Et t quanquam supra in delatione ad mouerimus, procuratorem regium, rationalem, seu duumuiros, uel triumuiros regios esse hodie legitimos accusatores: tamen constat iis iungi alios accusato- res, qui priuati dicuntur, ut persequantur quantum sua interlit ciuili- liter, qui instruant accusationem regiam & deferunt. Et ideo, quae placuerint antiquis, de probando accusatore dicam. Magnum t opus, de uita alterius & famae integritate perperam, & cum irreparabili iactura disputare. Et proinde in personis accusantium multa perquiri debent, antequam ad id munus institutum audiantur. Querendumque in primis in iudicio, cuius conuersationis & fidei is sit, qui accusat. Nam quotum uita culpabilis est, & quotum fides & libertas nescitur, accusare maiores natu leges non sinunt. c. quom admodum. 2. q. 7.

Prohibentur t propter proprium delictum infames, qui tur- pem exercent quaestum, l. qui accusare, §. de accusa. in P. publico iudicio damnati, qui nec suam nec suorum prosequuntur iniuriam, l. qui in iudicio, 4. eod. uiles personae, qui iudicium artem uel lenocinium exercentur, uel in arena depugnant, ca. prohiben- tur, 2. q. 1. concubinarii publici, conspirantesque in reum, ca. cum dilectus filius, de accusat. Et ut in summa dixerim cum Cicero, §. acti in Verrem. Omnes, qui alterum nullis impulsu iniuriis, nulla priuati lesi iniuria, nullo premio adducti in iudicium reipub. causa uocant, prouidere debent, non solum quid oneris in presentia tol- lant, sed etiam quantum in omnem uitam negotii suscipere conuen- tur: legem enim sibi inducunt innocentia, uirtutis uelque omnium, qui ab altero uita rationem respiciunt: atque eo magis, si id, ut antea dixi, faciunt, nullare commoti alia, nisi utilitate communi. Nam qui sibi hoc sumit, ut corrigat mores aliorum, & peccata reprehendat, quis huic ignoscatur, si qua in re ipse a religione officii declinauerit? Sc. De- mosthenes quoque, i. contra Aristogitio. Quis alios, inquit, accusa- re uidebit, cum oportet integre fame esse, ne reus elaboratur, cum nihil auctoritatis ad accusationem actor adfert. Lycurg. apud Athenienses cum ob eximiam uita uirtutem, uixima inter eos, qui rempubl. administrabant, dignitate praecelleret, delinquentium erat accu- sator, acerrimus in dicendo, ut refert Gemisthins, lib. 2. rer. Gre- cor. Carere debet, Cicero in Sallustium. omni uisio, qui paratus est in alium dicere: is demum non maledicit, qui non potest malum ab altero audire. Et multa esse oportet in eo, qui alterum accusat, pri- mum integritatem, & innocentiam, Sc. a. iud. Cicero. i. in Verrem, πειροσμοῦ φιλανθρωπίας, ὁ τῶν αἰσθητῶν μὴ παθεῖν αἰσθεῖς, inquit De- mosthenes, 12. pro Aetio, id est, Obseruare tentabo, ne, quod in aliis reprehendo, ipse patiar uel committam, similis & can. qui crimen, 6. q. 1. Consentit huic responsum, quod Deus accusantibus aduul- teram dedit: Qui uestrum sine peccato est, primus in eam iacent lapide- dem. D. Ioan. Euang. c. 8. ca. qui sine peccato. can. postulasti, ca. sacer- dos, 9. 7. Alioquin obliet merito potest Horatiana illud, Sary. 3. lib. 1. Sary. uide Ioan. Andr. in c. 1. de accusat.

Cum tua peruidens oculis mala lippus inunctis, Cur in amicorum uisus tam cernis acutum, Quam aut aquila, aut serpens Epidaurium?

Cuius itaque grauata est opinio, potissimum periurio, uel alio citissime confesso, is a caussarum criminalium testimonio & ac- culatione repellitur, c. testimonium, de test. l. criminis, qui accusar. poss. C. popularis, de popul. act. in P. ut reliqui infames, can. infames, 6. q. 1. ubi qui dicant infam. uide.

Infamia t etenim non solum iuris atet accusantem: ea enim preculdubio omittit consensu reiciit: sed etiam & facti, quam et si aliqua ratiuncula excusetur: tamen inter bonos, & graues minuit bonam opinionem. l. 2. de obs. q. a. libe. & liber. pat. pres. lib. 37. P. tit. 15. Lea qua pater, C. ex quib. caus. infam. irrog. Et mi- hi persuadeo, inter bonos & graues annumerari iudices, qui uiri boni gerant officium. l. cetero, sam. erciscun. P. Et infamis dicitur, cuius opinio laesa & imminuta est inter bonos & graues. c. inquisi- tionis, §. fin. de accusatio. Existimatio quippe, est itatus dignitatis nostrae legibus & moribus comprobatus, qui ex delicto nostro,